



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Visitatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

ta Episcopo, possit cognoscere suus Vicarius generalis, & e contra. Dic quod non, per ea, quae habet Rebuff. ubi supra, num. 161. & idem hodie de stylo Curiae signaturae solet committi Episcopo & Vicario generali, in haec verba: *Venerab. fratri Episcopo N. & dilecto filio Vicario eius generalis.* Sed hoc ego intelligerem, quando committitur nudum ministerium, vel aliqua causa specialis, ubi eligeretur indultoria personae, cap. si. de offic. deleg. Et si. de off. ord. secus vero, quando Episcopo committeretur causa generaliter, per cap. 11 qui, de prob. nam delegatus a Principe potest subdelegare, li. a iudice, C. de iudic. cap. si. & cap. pastoralis, de offic. deleg. Sylv. in ver. delegatus, §. 8. n. 10. ver. primum. & hoc quando Episcopus cui commissa erat causa, delegasset eam suo Vicario, secus vero non posset cognoscere de ea Vicarius, quia in tantum Vicarius potest cognoscere de causis delegatis suo Episcopo, quatenus vel committitur in solidum, vel alternativè, prout supra, vel sibi ab Episcopo subdelegetur, prout patet iuribus vulgaris, cap. prudentiam, & cap. super quaestione, de offic. deleg.

Sextum dubium, Vicarius quando revocari posset, & ei notificanda sit revocatio, vide Boer. dec. 347. numer. 14. per totum.

Septimum dubium, Vicarius Episcopi an possit esse Clericus conjugatus, etiam non bigamus? Respondet Anchar. in ca. Romana, num. 3. de offic. Vic. car. libro 6. quod non, nec compromissor in causa spirituali, & Abb. in cap. 2. num. 2. de cler. conjug. Sed potest esse Vicarius Episcopi

habentis jurisdictionem, Fel. in cap. 1. n. 6. col. 4. ver. fallit primo, de iud. Zachar. in additio. ad Abbat. litera A. cap. in nova, 16. quaest. 6. Reb. pract. ben. forma Vicaria Archiepiscopi, num. 35.

Octavum dubium, Vicarius potest esse iudex in causa Episcopi, nec quando datur suspectus, eliguntur arbitri, sed de stylo signaturae datur adiunctus. Addit. in decis. Rota, prima de offic. Vicar. in noviss. Fel. in cap. cum venissent, num. 8. de iud. & Bald. ab eo citatus, imò, si Vicarius recusetur ut suspectus, causa suspensionis erit assignanda coram Episcopo, & non coram arbitris. Abb. in ea. super quaestione, de offic. deleg. §. quare vero, & ibi Fel. num. 15.

VISITATIO.

SUMMARIUM.

- 1 A quo fieri debeat.
- 2 Quando.
- 3 Quid visitandum.
- 4 Ad quod se extendat generaliter.
- 5 Quid in ea agendum.
- 6 Quid accipiendum.
- 7 Visitator an habeat iurisdictionem ordinariam, vide c. singulis de statu mon.

Ad primum, relictis aliis, quae erant de iure antiquo, à tribus personis posse fieri visitationem, ab Episcopo per se ipsam, vel per Vicarium generalem, vel per deputandum in visitatione, Con. Trident. sess. 24. cap. 4. de reform. & sub nomine Episcopi intelliguntur omnes habentes ordinariam jurisdictionem in aliquos

aliquos, ut patet in *tribus vulgatis*, & per Sylv. in *ver. visitatio*, §. *an Capitulum possit visitare*, *Sede vacante*, vide, & distingue cum Panorm. in *Clem. 1. num. 10.*

Ad secundum, respondetur, quod quotannis, si diœcesis non satis sit ampla, & lata, quod si ita est, singulis annis maiorem partem, ita ut totam biennio visitare non prætermittant, Covar. *loco citato, initio.*

Ad tertium, Archiepiscopus suam Metropolitanam, & diœcesim visitare potest, sed non Cathedrali, & Diœceses suorum suffraganeorum, prout disponebatur in *cap. Romana, de cons. libro 6. & ca. perpetuo, eod. titulo*, quæ modò per Concilium videntur reformata, & solum habere possunt locum, causâ cognitâ in Conc. provin. propter absentiam Episcopi, vel negligentiam, vel aliquod huius generis, §. *sed aliud est*, 9. *quest. 3. & ibi gloss. in ver. negligentia*, & *cap. conquestus, ibidem*, & Sylv. in *ver. visitatio*, §. 9. *ver. tertium*, & *Sede vacante ob negligentiam Capituli, Abb. in cap. 1. num. 7. ne sede vacant.* Nec obstat Concilium Tridentin. quia loquitur vivente Episcopo, Et attingendo solum necessaria, dicoprime, quod singulis annis visitare debent beneficia curata, etiam si sine perpetuò unita, & annexa Cathedralibus collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel monasteriis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscunque, Concil. *sess. 7. & cap. 7. de reform.* Secundò, Ecclesias, quascunque, & quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica, etiam si sine cura animarum, quia Concil. dicit, & *cura animarum*, (si qua illis immineat) *eod. sess. cap. 8.* Tertio, omnes Ecclesias se-

culares, quæ nullius Diœcesis esse dicuntur, & hoc ab Episcopo Cathedralis Ecclesiæ, quæ est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in Concilio Provinc. à prælato illius loci electus fuerit, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, non obstantibus, &c. *sess. 24. cap. 9. de refor.* & ista electio sen. el. facta à prælato, loci nullius diœcesis pro visitationibus, ligat etiam successores, ita censuit sacr. Cong. *declar. 7.* Quarto, monasteria, commendata, & abbat & prioratus, & præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget Reg. observantia. Quintò, beneficia, tam Curata, quam non Curata secularia, & regularia, qualitercunque commendata, & exempta tanquam Sedis Apostolicæ delegato, *sess. 21. cap. 8. de refor.* Sextò, Hospitalia, confraternitates, elemosinas montis pietatis, & pia loca omnia, *sess. 22. cap. de reform.* Septimò, oratoria, in quibus celebratur de licentia Episcopi, vide in *ver. Missa*, §. 1. *cons. 4.* Octavò, Archiepresbyteratus, qui est nullius diœcesis, debet visitari à viciniori Episcopo, hoc licitur à sacr. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 9. sed sacr. Congreg. clarè hoc definit declar. 274. in meis.*

Primum dubium, quia dictum est in 3. & 4. membro, quod Episcopus potest visitare omnes Ecclesias exemptas, & non curatas, an hoc extendatur ad Ecclesias Hierosolymitanorum, & videtur quod sic, per dicta superius, verum oppositum censuit sacr. Congreg. *declarat. 77.* in hæc verba: *Ipsi vero Equites Hierosolymitani non, nisi quatenus obtineant beneficia curata, visitari possunt*, Pius V. *Bulla 139. qua incipit, Expositi*, solum in his, quæ

quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum.

Secundum dubium, an Confraternitates, quæ sunt intra Ecclesiã Regularium, & videtur primò, quòd sic, quia Con. non excipit. Nec obstat Bulla Pii V. quæ est 38. quia Greg. XIII. revocavit, reducens illam ad terminos juris communis, Bulla sua 1. Hostiens. in Summ. tit. de off. Ord. §. sunt autem quedam, & Rebuff. pract. benefic. tit. quoduplex sit beneficium, num. 6. ubi dicit, quòd capellæ fundatæ in Monaster. præsumuntur Regulares, nisi per seculares tenete sint solitæ; cap. cum de beneficio, libro 6. de prob.

Ad quartum, breviter respondetur, quòd tria, nempe ad personas, loca, & res. De primò habetur, sess. 7. cap. 4. sess. 25. c. 6. sed hic notandum est, quòd dicitur in d. cap. sac. Concil. ut videlicet initio cuiuslibet anni, & c. quia intelligi debet de capitulis exemptis à jurisdictione Episcopi sac. Congreg. declarat. 487. de secundis dictum est superius ad tertium: de tertio intelligitur de omnibus rebus ad Ecclesiã pertinentibus; quo fit, quòd Episcopus potest compellere Clericos ad ostendendum omnes titulos suorum beneficiorum, etiam quæ haberent extra suam diocesim, propter rationem, quam tangit Gom. in quest. 9. col. 4. de ann. poss. Ratio est, quia Episcopi officium est perquirere an aliquis sit beneficiatus. Caputaquens. decis. 374. par. 2.

Ad quintum, primò debet Episcopus per se, vel per alium aliqui idoneum proponere verbum Dei, & temper dum visitare, pascere gregem suum prædicationibus, & sermonibus, quod annuit sac.

Concil. loco citato, §. visitationem. ubi dicit, causam finalem, & scopum ipsius esse, sanam, orthodoxamque doctrinam ad imitationem Salvatoris nostri, qui volens visitare nos oriens ex alto, quando venit illa beata plenitudo temporis, incæpit à sancta prædicatione, ut Math. 4. vix egressus à deserto dicit: Exinde cepit Iesus prædicare, & docere, Marc. cap. 1. Venit Iesus in Galilaam, prædicans Evangelium Regni Dei, & Luc. cap. 4. & Ioan. 1. & mittens Apostolos suos, tanquam Episcopos, visitatores totius orbis terrarum. Math. ult. inquit, Ite, docete omnes gentes, & Math. ult. Ite per universum mundum, prædicate Evangelium, & D. Paul. ad Timoth. 2. cap. 4. Prædica verbum, & c. & in cap. placit. 10. questio 1. ubi dicitur, postquam consumpta erit dies prima circa eruditionem clericorum, alia die Episcopus convocata plebe ipsius Ecclesiæ doceat eos, ut errores fugiant; & in ca. Romana. §. hanc, de cens. libro 6. dicit Innoc. IV. sanè huiusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei, Sylvest. in ver. visitatio, §. 4. & est communis opinio, & ego scio quantum fructus afferat prædicatio verbi Dei diebus visitationis, quam alia extravagantia, quæ fieri solent à visitatoribus, sed ipsi viderint, & hoc vidi observari, & audivi à quam plurimis Prælatiis piis, qui modò sunt in alia visita, fruentes fructibus suorum laborum, hoc idem in cap. procuraciones, ver. porro, extra de cens. Hostiens. in Summ. tit. de off. Ord. §. sunt autem quedam, & Inn. in cap. Romana, num. 2. de cens.

Secundò, circa clericos personasque Ecclesiasticas inquirere debent juxta seriem

seriem, cap. placuit, 10. quæst. 1. & dict. §. sanè, quoad mores inquirere, & interrogare debent sigillatim singulos clericos, ut quisque deponat circa vitam alterius, etiam cum iuramento, ut notat gloss. in dict. §. sanè, in verbo coactione, & Sylvest. in ver. visitatio, §. 6. ver. quartum, & in ver. inquisitio, num. 15. num. 9. ver. 4. & in cap. de offic. ordin. & in l. congrui, de offic. presid. illa inquisitio debet fieri eo ordine, quo insinuat Soto libro de rat. leg. & de reg. secr. 2. quæst. 6. conclus. & inf. Bar. in l. 2. ff. ad l. Iuliam, post gloss. in §. si publico, & in Extravag. ad reprimend. & Canonista. in cap. inquisitionis, & cap. qualiter, & quando, de accusat. & cap. 1. de offic. ordin. & in dict. §. sanè, gloss. & in Extravag. Execrabilis, Ioannis 22. de prob. in fine in ver. inquirere, & potest eos cogere per excommunicationem ad dicendam veritatem, Innoc. loco citato num. 5.

Primum dubium, an prælati scientes aliquid contra aliquem per justam visitationem inquisitionis, possunt procedere ad castigationem illius, ob hanc informationem? Respondetur primo, quod si est merè occultum, ut quia per confessionem sciverunt, vel deunncians dicat hoc solum se, vel alterum scire, Soto 4. Sent. dist. 18. quæstio 4. art. 5. col. fin. & tunc non possunt, nec secrete, nec publicè illum castigare, patet in dict. §. sanè, & Sot. loco citato in 2. conc. dub. 1. in princip. Diaz. in pract. crim. Can. cap. 6. ubi dicit, quod de occulto enim, Prælati Ecclesiastici non permittant accusari clericum, nisi sufficiente probatione per delatorem; ergo deficiente delatione, & probatione non poterunt procedere ad

ulteriora, Florent. Theol. 4. Sent. tract. de corre. fraterna art. 3. 1. concl. & §. hinc pessime, Covar. libro 1. cap. 2. num. 6. ver. 6. var. resol. Hostiens. in Summ. tit. de offic. ordin. §. quid pertinet, ver. occultos peccatores, num. 7. Si verò adest denunciator, sed non potest probari, ut quia solum duo sciunt, & dicunt se nolle deponere in scriptis (quia non sunt cogendi ad hoc, per dict. §. sanè, & Abb. in cap. 1. in gl. 1. de offic. ordin. & Aretinus in ca. qualiter, & quando, il. 2. col. 3. de accus.) tunc per penitentiam, & correctionem salutarem debent illos corrigere, Maran. 6. par. tit. de inquisit. num. 14. & §. sanè, ubi dicitur, ad ipsorum emendationem per salutaria monita, nunc levia, nunc alpera, &c. sed caveant ipsi visitatores, ne dent penitentiam publicam ex his, quia hoc esset contra charitatem, & infamarent illum, & esset peccatum mortale gravissimum, Gemin. in dict. §. sanè, vide Innoc. in cap. inquisitionis, num. 1. de accusat.

Tertiò, si potest probare, ut quia de aliquo orta fuerit infamia, vel notorietas, tunc poterunt procedere via ordinata ad emendam, vide in dict. §. & cap. 1. de offic. ordin. Maran. loco citato, n. 86. Felin. in cap. his, ver. 4. limita. de accusat. & si Episcopus circa hoc erit negligens, Archiepiscopus sufficit, nec hoc est reformatum per Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 20. de reform. & sess. 13. cap. 1. de reform. ut dictum est in ver. appellatio. Interea videatur gloss. in cap. pastoralis, in ver. except. de offic. ordin. & ad hanc inquisitionem clericorum faciendam in visitatione, non solum personæ ecclesiasticæ sunt

sunt audiendæ, verum laici hortandi, prout patet in *Rubr. Pontificalis, de visitatione*, limitatur primùm dictum non procedere in casibus exceptis, quos refert Soto, *loc. cit.* & Foller, *Theol. & D. Th. 2. 2. quest. 68. art. 1. in corpore, & ad certium, & quartum, 70. art. 1. ad secundum, & 4. quest. 33. art. 7. in corpore, & ad quintum, Navar. c. 25. num. 32. & inf. notab. 6. & 7. ex quibus locis non solum prælati, ipsi inquirentes, verum subditi denuniantes poterunt colligere, quando hi possint, & debeant denunare, & illi, vel secreto corrigere, vel publicè castigare, & ea quæ Episcop. seu Visitator inquit per inquisitionem generalem in visitatione, potest postea punire per inquisitionem specialem, Navar. *conf. 10. de offic. ordin. sed vide conf. 5. de accusat.* Vide Gemin. in *cap. quia plerisque ver. item si talis inquisitio, de offic. ordin. lib. 6. ubi habes quando agitur de imponenda pœnitentia pro medicina animæ, vel temporali. Vide eundem in cap. non est, ver. quæro an, de consuetud. eod. lib. & in 2. p. in ver. inquisit. §. 3. |**

Præterea, debent quanto citius possunt se expedire, ne gravent subditos suis expensis: nam in Conc. *Toler. 7. cap. 4. & habetur in cap. inter cetera, ver. cum verò, 7. quest. 13. disponitur, ut una die solum commoretur in visitatione uniuscuiusque Basilicæ, & cap. placuit, 10. questio 1. duobus diebus, uno pro constructione cleri, altero pro populo, cap. cum Apostolus, initio, in versic. quo circa de cens. & Concilium *Trid. loco citato, dicit, studeant quàm celerrimè, debita tamen cura diligentia, visitationem ipsam ab-**

solvere, & nese occupent aliis negotijs ad visitationem haud pertinentibus, sed laborare debent assiduè, ad hoc, ut quantocius terminetur visitatio, alioquin ad restitutionem tenerentur, si subditi plusquam solitum est, expenderent, & habetur exemplo D. Pauli, *1. ad Thessal. cap. 2. & secunda, cap. 3. & 2. Cor. cap. 20. & cap. cavendum, 10. questio 3. & gloss. in cap. cum Apostolus, de cens. in versic. consument, & ne laborent parum manè, & parum vesperi, sed imitari debent summum omnium Pastorem, & Episcopum animarum nostrarum, Ioann. cap. 4. quando defatigatus ex itinere, sedebat supra fontem, & erat hora quasi sexta, & cap. 8. diluculo venit in templum, & Luca. ca. 6. pernoctabat in oratione Dei, & vide rarè dictum D. Ber. Non bene manent membra delicata sub capite spinoso: nec est major servus domino suo, Ioan. cap. 15. & sac. Congreg. *declar. 445. in meis, censuit in factò pro capitulo Grandicentis, in hæc verba: An Episcopus teneatur suam visitationem concludere intra certum & determinatum tempus, juxta latitudinem suæ dicecesis, & particulariter suam Ecclesiam Cathedralè, & suos Capitulares juxta numerum clericorum, qui parvus est, & Civitas, similiter, & si teneatur, ei assignetur terminus, Congregat. Con. censuit nullum certum tempus fuisse præfixum à Con. sed id relictum arbitrio Episcop. quod tamen debet esse moderatum, & discretum.**

Ad sextum, solam procurationem potest recipere à visitatis, quæ quidem procuratio nihil aliud est, nisi victus illius diei, quo visitat, quæ sunt esculenta, & po-

I. II culenta.

eulenta, ita *juribus vulgatis*, & Conc. dicit, exceptis tamen victualibus, quæ sibi ac suis frugaliter moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministranda, & *dict. cap. Romana*, §. *procuraciones*, dicit, quod in victualibus expensas tantum recipiat moderatas, quæ procuratio non potest præscribi, ut patet *juribus vulgatis*, ratio est, quia obnoxius Episcopi jurisdictioni, tenetur ad procuracionem, *Abb. in Clem. cum sit, num. 2. de cens.*

Primum dubium, an possit recipere aliquod munus, ut fructus, pisces, caseum, &c. & quid simile, quod tamen non exiret à mensa, sed in illa comederetur? Respondetur primò, quod Concilium dicit, solum illud esse ministrandum quod requiritur pro temporis necessitate, & sic cum ista non sint necessaria, non posse recipi. Secundò, quod possunt recipere, modò comedantur ibi, & non extrahantur. Ratio est; quia dum comedantur illa, non consumuntur alia. Tertio, quod intentio Concil. est auferre gravamina, & munera, & non istas minutiaras. Quarto, quia nulla lex obligat cum tanto rigore, & lex Domini est jugum suave, & de istis minimis parum curatur. Quintò, *Phil. Fran. in dict. c. 3.* concedit ea posse recipi, quæ comedantur ibi, nec asportantur aliò, idem *Inn. Io. Andr. Host. & Apostillat. in cap. exigite, in ver. munera, de cens. & Anc. in cap. 1. num. 7. ver. 15. de cens. lib. 6.* dicit, posse ista recipi, & asportari etiam. Sextò, dicerem, quod melius facerent nihil accipiendo, juxta illud *Isai. cap. 33. Solvas manum tuam, ab omni munere. & cap. sunt nonnulli,*

1. *questio 1. & illud Davidicum: Munera super innocentem non accipi*, *Anchar. ubi supra*, & sic vidi observari à Prælatiis pijs, facit illud *D. Aug. super Pl. De profund.* Minuta sunt, sed si congeres multa minuta, facies ingentem acervum, *glanca. exigite, in ver. munera, de cens. libro 6.* & sic cessant, quæ à simili dicit *gl. in cap. statutum, in §. insuper, in ver. paucis, de rescript. libro 6.* vide omnino *Dyaum. in cap. certum, num. 5. de reg. jur. libro 6.* ubi optimè hoc declarat, & *Gem. in cap. si Episcopus, de offi. ordin. libro 6. in 2. notab.* dicit, quod appellatione expensarum victualium comprehenduntur illæ, quæ consistunt in victu, non autem illæ quæ concernunt alia necessaria personæ; putà, si vellet visitator sumere medicinam, vel aliqua extra victum.

Secundum dubium, an id, quod per victum sibi necessarium contingebat, possit in pecunia taxare visitator? Respondetur negativè, quia in optione visitatorum hoc reliquit *sacr. Con.* & non visitantium, *loco citato, ver. sit* tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id quod erant de ipsis soliti certa pecunia taxata, an verò prædicta victualia subministrare, *c. sollicitis, de cens. libro 6. Extravag. unica, de decim. Sylvest. loco cit. §. 5.* & sic correctum est *cap. exigite, de cens. lib. 6.* ubi hoc prohibebatur: verum si in pecunia malint visitati solvere, quantum debeat quilibet parochialis, seu basilica? Respondetur ex *Con. Tolet. 7. can. 3.* & habetur *cap. inter cetera, in qu. 3.* quod non ultra duos solidos, quorum summa quanta sit, vide in *ver. alienatio, §. 6. & in ver. jus Cathedralium, & pro pecunia*

pecunia, intellige omnia, prout Anchar. in cap. *Fœlicis*, de censib. libro 6.

Tertium dubium, quod si visitator non haberet equituras ad equitandum, sed veller, ut subdit sibi equituras ministreret, an teneantur? Respondetur negativè, ex Inn. & Anchar. Phil. Fran. in dict. §. *procurations*, num. 1. libro 6. & gloss. in cap. si *Episcopus*, in ver. *providere*, de offic. ordin. eo libro D. Anton. 3. p. tit. 20. cap. 5. §. 5. idem Anchar. in dict. cap. num. 1. tamen in cap. 1. de cens. eo libro ex mente Io. And. dicit posset recipi à visitatis expensas pro vecturis, & ferraturis equorum, etiam si desperderet equum, & si reciperet equituras ad vecturam, Episcopus solvere teneretur, & non visitati. Nec obstat Extravagans Bened. XII. incipiens: *Vas electionis*, sub tit. de cens. in ver. *huiusmodi*, ubi vult numerum personarum, & unctionum expensis visitatorum subjacere, quia intelligitur de victu præstando ipsis personis, & unctionibus, imò dicta Extravagans facit pro dicto nostro dūtaxat, & ultra taxam ponit pœnas, de quibus ibi, cap. cum ad quorundam, de excess. pralat. Sylv. ubi supra, §. *sexturn*, ver. *primum*. nec valet dicere: quia loquitur quando per alium visitat Episcopus, quia Doctores intelligunt, quando etiam & per seipsum, per regulam, *qui per alium*, idem Alsten. libro 6. tit. 53. art. 4. circa ult. Et ratio assignatur à Gem. in dict. cap. si *Episcopus*, not. 2. ubi dicit: Nota, quod appellatione expensarum victualium, comprehenduntur illa, quæ consistunt in victu, non autem illa, quæ concernunt alia necessaria personæ, verbi gratia, si visitator ægrotat, non tenerentur visitati

ministrare ea, quæ sunt necessaria infirmitati; primò, quia victualia debentur, dum visitat, sed dum ægrotat non visitat, si diceret. potest dum jacet in lecto, etiam per suum Vicarium visitare? Respondetur, quòd tunc Vicario visitanti, & non Episcopo ægrotanti deberent præstari victualia. Secundò, et si ipsa ægrotanti, tamen solùm pro victualibus, non autem pro medicinalibus & aliis personæ necessariis, & maximè quando infirmitas protraheretur per prædicta.

Quartum dubium, an secretarius, vel scriba possit aliquid recipere pro suis laboribus scribendo, & transcribendo, vel dando copiam ipsius visitationis, gloss. in dict. §. *procurations*, in ver. *officio*, dicit negativè D. Ant. loco citato dicit, quòd sic, nisi haberet salarium ex publico, argum. cap. *Ecclesiasticis*, & cap. *Ecclesiarum* 12. *questio* 2. confirmatur sententia D. Ant. à simili, quòd dicit Conc. Trid. sess. 21. cap. 1. de reform. & dicit hanc esse opinionem Host. & Inn. & sic vidi observari in praxi; hoc idem confirmat Navar. consilio primo, de censibus.

Quintum dubium, an quando Episcopus visitat per alium, teneantur visitati ad omnia ipsis visitatoribus, ac ipsi Episcopo, si visitaret? Respondetur affirmativè, cap. si *Episcopus*, de offic. ordin. lib. 6. sed ipsi Episcopo nihil, tam si visitabit per alium, quàm si nullo modo visitat, de off. cap. in fine. & ibi gloss. in ver. *debetur*, c. cum venerabilibus. de cens. gloss. in cap. *procurations*, in ver. *personaliter*, de cens. per cap. *inter cetera*, de offic. ordin. Host. in Summ. tit. de cens. §. *patet*, num. 20.

Sextum dubium, quòd si Episcopus

visitaret unam parochiam, vel sibi con-
tingeret procuratio una, & si duas una
die, an duæ procurationes? Responde-
tur quod una tantum, quia tam jura an-
tiqua, quam novissima, victui necessaria
visitationibus solum contulerunt, quia id
solum erat necessarium fundamentum
in jure divino, *Non alligabis os bovi tri-
turanti*, & illud Apoll. 1. Corinth. 9. tela-
tum in cap. si Episcopus, de off. ordin. libro
6. a beo metuntur temporalia, per quem spi-
ritualia seminantur, cap. cum ad quorun-
dam, de excess. pralat. Sylv. loco citato, §. 5.
facit cap. procurationes, ubi habetur ne
numerus procurationum excedat nume-
rum dierum, & cap. cum venerabilibus, de
sens. ubi habetur, quod visitationi est an-
nexa procuratio, & si secus visitatores fa-
cerent malitiosè procrastinando, ad lu-
crandas procurationes, vel à duabus pa-
rochiis unica die visitatis duas, teneren-
tur ad restitutionem, Deumque habe-
rent ultorem, per dicta superius ad 4. &
per ea, quæ dicit Navar. à simili, de medi-
co, & advocato, cap. 25. num. 64. & 30.
& gloss. in Clementina 2. in ver. una die,
de cens. & cap. filiis, eod. tit. libro 6. circa
finem, bene verum est, quod ipsi visitati
possunt dividere expensas faciendas, &
solvendas visitatoribus inter se.

Septimum dubium, an Episcopus, vel
alius visitator possit accipere procuratio-
nem ab aliis Ecclesiis, & piis locis visita-
tis? Respondetur, quod sic, etiam à Ci-
vitatensibus, & aliis beneficiis ecclesia-
sticis, capitul. venerabili, de cons. etiam
à monasteriis monialium exemptarum
Abbas in Clem. attendentes, num. 12. de
Bene Monach. hoc fallit, primò in Hospi-

talibus, & aliis locis leprosariorum, d'
morum Dei, pauperum, & infirmo-
rum, Feder. de Senis consilio 105. Sylvest.
in ver. Hospitalium, num. 16. §. 9. ver. quin-
tum, Ratio est, quia nec tenentur ista Ho-
spitalia ad decimas, gloss. in Clem. fi-
nal. in ver. beneficiorum, ad primum qua-
situm, de decim. Decim. consil. 156. & Hos-
pitalia ego intelligerem, juxta dicta lu-
perius, in ver. Seminarium, §. 5. quan-
do darentur in commendam, &c. quia
tunc tenerentur ad dictas procurationes.
Fallit secundò in Ecclesia paupere, quia
debet gratis visitare, Sylv. loco citat. §. 5.
& Asten. ubi supra circa ultimum, nec
quando visitati ipsum visitatorem pro-
curare non possunt, puta propter pau-
peritatem, quia tunc ipsemet sibi provi-
deat, cap. cavendum, 10. questio 3. Host.
in Summar. tit. de off. Archid. §. quod si
ejus officium, num. 4. secus si essent bene-
ficia tenuia, quia sacr. Congreg. declar.
526. in meis, censuit in hæc verba: *Quod
beneficia omnia eximantur ab onere pro-
curationis domini, dixerit, quacunque of-
ficia, etiam tenuia, prorata ad procuratio-
nem teneri.* Pro his omnibus facit quod
notatur in capitulo, statutum, §. insuper,
& ibi Gemin. in principio, ubi habetur,
quod Delegatus Apostolicus nihil debet
accipere à personis pauperibus litigan-
tibus.

Octavum dubium, an ista procuratio
possit præscribi? Respondetur negativè,
cap. cum instantia, de sensibus, c. cum ex of-
ficiis, & capitul. accidens de prescrip. gl.
in capitulo, cum non liceat, in ver.
non obstante, eod. tit. gloss. in Extravagan.
Execrabilis, Ioan. XXI. sub tit. de præ-
bend.

ibid. in fine, in ver. procuraciones, secus teneantur prestare istam procuracionem visitatoribus, ita Concilium Trident. ibi in ver. in iis vero locis, seu provinciis, gl. cit. Extravag. quæ ratio diverſitatis præſcriptionis, & consuetudinis, vide gloss. in c. cum in tua sit, in ver. consuetudo, de consuet. libro 6. & Covar, libro 1. cap. 17. num. 8. ver. 4. & 10. var. resol. Hostialis. in Summ. titul. de offi. Archid. §. quod si eius offi. num. 5.

Nonum dubium, quid faciat Visitator, cum invenit Ecclesias dirutas? Respondetur, primò distinguendo: nam aut possunt reparari suis introitibus, & tunc beneficiati ipsarum sunt compellendi ad eas reedificandas, Abb. in c. 1. num. 1. 2. 3. 4. de Eccles. ad si. si verò laborent inopia, quia reparari nequeant, vocatis iis, quorum interest in matrices, aut alias Ecclesias arbitrio suo, atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria, vel Capellas sub eisdem invocationibus, vel in iam erecta altaria, vel Capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis, Conc. Trident. sess. 21. capit. 7. de reform. & hoc ampliatur etiam ad Ecclesias parochiales juris patronatus, Conc. ibid. modò ubi erat Ecclesia vetus, erigatur crux. Et quia possent dubitari, an liceat Visitatori, si ve Episcopo, illas Ecclesias profanare, stante magna inopia, & fortassis loci indecentia, respondetur ex eo. Con. loco citato, circa ultimum, id posse fieri, sed videat, ne in sordidos usus faciat illas convertere, verùm passim vidi in civitatibus magnorum Archiepiscopatuum ex causa rationabili profanari Ecclesias;

& vendi, & emptores ibi edificare domos, & quicquid velint, & sac. Congregat. 241. censuit in hæc verba, Ordinarus non debet sine causa profanare Capellas, & si aliquam causam profanandi habuerit, earum camenta potius sunt attribuenda Ecclesia, quæ est caput dictarum capellarum, quam alteri. Secundò parochialis verò Ecclesia si ob inopiam non possit reparari, parochiani sunt compellendi, nec propter hoc possent usui parochiæ renunciare, Abb. in dicit. cap. 1. num. 4. quid si nec parochiani nolint, vel non possunt eas reparare? sac. Congr. censuit in hæc verba, declar. 276. in meis. Si populus nolit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare, ea debet penitus dirui. Præterea prælatus possit ex causa, non solum profanare immobilia Ecclesiæ. Nav. de spoli. §. 18. num. 10. ver. 3. & potest vendere lapides altarium vel Ecclesiarum destructarum, & sic ligna, trabes, & alia huiusmodi, Navar. loco citato, num. 21. ver. 2. faciunt quæ dicit Iason. in l. 2. num. 16. ver. ad ista, vide de jure emphyt. & nos dicemus in 3. p. in ver. ius patronatus, de patronis, in reparatione Capellæ juris patronatus.

Decimum dubium, dubitare possent quis, an ista translatio Ecclesiarum vetustate collapsarum, facta ad alias Ecclesias, prout *supr.* dicatur unio? Respondetur ex verbis sacri Conc. patere responſionem, quòd non, sed potius dicit translationem, quia beneficia tunc dicuntur unita, quando incorporantur ad invicem, & confunduntur, & efficitur unum corpus, ut dicit Gom. quæ. 25. in reg. de ann. poss. & beneficium unitum perdit nomen

L 113. Beneficium

beneficium, sicut ante unionem, Rebuff. *pract. benef. in for. nov. provis. super verba, cum annexis, ver. etiam.* sed ista translata remanent distincta cum invocationibus, introitibus, emolumentis, & oneribus distinctis; ergo non potest dici unio, hoc dixi, quia vidi quendam Reverendissimum Archiepiscopum in hoc trepidare, per *cap. sextum, sess. 7. Conc. Trident. de reform.* ubi jubet revideri uniones, prout ibi quia *cap. illud non loquitur de istis translationibus, nec de unionibus factis per ordinarium.* Primò, quia in unionibus factis coram Ordinario, non est opus Episcopum uti auctoritate delegati sedis Apostolicæ, ut ibi disponitur, sed sufficeret uti auctoritate Ordinarij. Secundò, quia subreptio non cadit in Ordinariorum per rationem dictam à Sylvest. *tract. de beneficio, 3. p. quest. 12. num. 19. Gom. in quest. 9. de an. poss. Et quest. 58. de trien. posses. sed solum in Papam, cap. si motu proprio, cap. non potest, de prabend. lib. 6. & in Legatum à latere, Clem. fin. & sibi gloss. in ver. legata, de off. ordin. sed ibi fit mentio de surreptione vel obreptione, ergo non loquitur de unionibus factis ex impetrationibus Sedis Apostolicæ, & istas ult. sac. Conc. revidere, cum sæpè sæpius obreptitiæ, vel subreptitiæ impetrentur, Abb. in *Clem. 2. num. 4. 5. & 6. de off. Ordin.* quia provisiones factæ ab Ordinario non possunt oppugnari de subreptione, Caputaq. *dec. 406. par. 2.* facit quòd notat Gemin. in *cap. fin. Et sibi Gloss. in ver. mentio, de off. leg. libro 6.* ubi collationem beneficii factam ab Ordinario tacito beneficio priori, non esse subrepticam, sicut factam à Papa, vel*

Legato Apostolico ob rationem allegatam à nobis, quid de altaribus, quæ reperiuntur in agris, vel viis, an debeant per visitationem demoliri, vide in *ver. altare, §. 10. Rebuff. in tit. de un. nu. 48.*

Undecimum dubium. Reperiuntur interdum aliqua beneficia, quæ sunt nullius Diocesis, petitur, num debent ab aliquo Episcopo visitari? Respondetur ex declaratione sac. Congreg. 183. quòd beneficia nullius Diocesis debent visitari à viciniore Episcopo, & id ab eodem faciendum est, non solum in capite, sed etiam in membris, idem *declar. 203.* censuit de collegiatis in hæc verba, *Collegiati nullius Diocesis visitari debent à viciniore Episcopo.*

Duodecimum. Reperiuntur quædam Abbatia commendatæ, in quibus Commendatarius habet territorium, ubi exercet Episcopalem jurisdictionem, dubitatur, an possit, & debeat visitari ab Episcopo Diocesis, intra cujus ambitum dicta commenda reperitur, & videtur, quòd sic, per dicta *superius, §. 3. & 4.* tamen oppositum vidi practicari, practicavi in Abbatia S. Angeli ad Falanellam, visitando illam ex commissione Illustrissim. Cardinalis Gesualdi Commendatarij, & sic reperi observatum fuisse à prædecessoribus commendatariis, nec eam audiui visitari ab Episcopo Caputaq. intra cujus limites est sita dicta Abbatia, cætera de visitatione vide in tractatu Ioan. Fran. de Pavinis, & Pap. Pucino Episcopo Sarense, ego tantummodo volui attingere practicabilia.

Ad septimum, vide Bal. in *cap. singulis, de stat. monach.* cætera vide in 2. ac 3. parte,

hoc verbo *Visitatio*, ubi quamplurima habebis pro practica quotidiana, tam ex declarationibus sacratum Congregat. quam ex Bulla summi Pontificis.

VOTUM.

Primo, utrum cum eo, qui vovit nunquam nubendi, possit dispensare Episcopus. Prima opinio, Navar. cap. 22. n. 85. & Flor. Theol. 4. *Sent. tract. de voto, art. 2. difficul. 71.* non posse, imò Navar. loco citato, quòd de stylo Curie non sine magna difficultate & causa in eo dispensatur, Caiet. *ibidem in 3. Tomo opus. in quest. pen. de hoc.* Secunda opinio est ejusdem Navar. immemoris sui ipsius, cap. 11. num. 76. Soto libro 7. q. 2. ar. 1. ad tertium, *argum. de just. & iure, & in 4. Sent. dist. 38. quest. 2. art. 1. conclus. 1. in fine, Sylv. in ver. votum, quarto, in fine, isti dicunt posse, & ita ego tenerem.* Ratio omnium est, quia votum de non nubendo non est votum castitatis. Secundo, quia sumus in penalibus, hoc etiam tenet Angel. *verb. votum 4. §. 9.* ita etiam votum de non tangendo mulierem libidinosè, non est votum castitatis, & sicut in hoc, ita in illo potest Episcopus dispensare, Navar. 1. *conf. 42. de voto.*

Secundo, utrum si quis vovit centum alicui Ecclesie, possint illa centum auctoritate superioris in aliam Ecclesiam commutari? Affirmativè respondet Caiet. in tertio Tomo opus. Flor. Theol. loco citato 2. p. tract. de voto difficul. 6. conclus. 2. *dub. 2. art. ult.* & ratio est, quia primæ Ecclesie nondum aliquod erat acquisitum jus, cætera vide in Doctoribus. I-

dem Navar. tract. de reddit. Eccl. 41. mon. 60. num. 1. quia non est donatum, sed votum irrevocabiler, sed est locus poenitentiae. D. Th. 2. 2. quest. 88. art. 5. & in 4. *Senten. dist. 38. quest. 1. art. 1. ad quintum. & Navar. conf. 38. de voto.*

Tertio, votum factum à defuncto tenetur hæres adimplere, Abb. in cap. licet. num. 4. de voto, Host. in Summ. de voto, §. *utrum, ver. sed nunquid hæres.*

Quarto, vovens ingredi religionem arctiorem, potest per Episcopum dispensari, ut laxatorem ingrediatur. Navar. *conf. 41. de Regular.*

Quinto, Ordinarius potest ex causa dispensare super voto simplici castitatis, puta ex periculo incontinentie, Navar. loco citato, *conf. 42. num. 7.*

Sexto, vota commutandi quænam sint causæ potissimè assignandæ? Respondetur primo, quòd levitas vovendi, secundo, perturbatio animi, tertio, gravis ætas, quarto periculum, quinto, mutatio complexionis, sexto, mutatio status, & alias causas poteris videre in *conf. 4. §. 22. de voto.*

Septimo, utrum votum sacerdotandi, vel presbyterandi possit commutari ab Episcopo vel Episcopale auctoritatem habente? Respondetur affirmativè, eo quòd non sit votum castitatis, nec religionis, Navar. loco citato *conf. 19.*

UNIO.

SUMMARIUM.

- 1 De unione beneficiorum videnda sunt hæc. primum, utrum parochie possint uniri ad invicem. 2. 413